

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia

Jacobus <Genua, Erzbischof>

[Lyon], 20. Juli 1486

De Quadragesima xxxiiii

[urn:nbn:de:bsz:31-289352](#)

De Quadragesima

qua omnia remittuntur: quinquagesim⁹ enim annus erat in bilis qui erat annus remissionis. quod tunc debita dimittebantur: serui liberabantur: et omnes ad suas possessio[n]es reuertebantur. Per quod significabatur quod per penitentias dimittuntur debita peccatorum: ut liberarentur omnes a seruitute demonum: et reuertuntur ad possessiones celestium mansionum. Tercia ratio est propter representationem. Nam quinquagesima non solum tempus remissionis significat: sed etiam statum beatitudinis representat. Nam in quinquagesimo anno serui efficiebantur liberi: in quinquagesimo die a dicto agni immolati lex data est in quinquagesimo die a pascha datus est sp̄us sanctus. Et ideo hic numerus beatitudinis representat: ubi erit adeptio libertatis: cognitio veritatis: et perfectio caritatis. Tria autem sunt necessaria quod ponuntur nobis in ep̄la et in euāgelio ad hoc quod opera penitentie sunt perfecta: scilicet caritas que ponitur in ep̄la: memo:ia domini passionis et fides que intelligitur per illuminationem cœci. Et hec ponuntur in euāgeliō. Nam fides ipsa opera facit acceptabilia: quia sine fide impossibile est placere deo. Memoria domini passionis facit esse faciliā. Unde gregorius. Si passio Christi ad memorias reducitur: nihil est quod non equo animo toleretur. Caritas facit esse continua: quia sicut dicit gregorius. Amor dei non potest esse ociosus: opatur enim magna si est: si autem operari negligit amor: non est. Et sicut in principio ecclesia quasi despans clamauerat: circūdederunt me tc. Et postmodum ad se rediēt adiuuari p[ro]pter penitentiā orat et dicit. Esto michi in deū protector: tc. Ubi quatuor: petit: scilicet p[re]tectionē: firmamentū: refugium: et ducatū. Omnes enim filii sui aut sunt in gratia: aut sunt in culpa: aut in aduersis: aut in prosperis. Illis qui sunt in gratia petit firmamētum: ut scilicet in ipso grata confirmantur. Illis qui sunt in culpa petit ut deus sit eorum refugium. Illis qui sunt in aduersis petit p[re]tectionē ut in ipsis tribulationibus p[re]gantur. Illis qui sunt in prosperis petit ducatū: ut scilicet in ipsis a deo innocenter ducantur. Terminatur autem quinquagesima ut dictum est in die pasche: quia penitentia ad nouitatem vite facit resurgere. In hoc tempore psalmus quinquagesim⁹ scilicet miserere mei deus: qui est psalmus penitentie et remissionis: plurimum frequentatur.

Be Quadragesima xxxviii. A
Quadragesima incipit a dominica qua canatur. Inuocavit me. Ubi eccl[esi]a que tot tribulationibus pressa clamauerat. Circundederunt me et cetera. Et postmodum respirauerat

inuocando adiutorium dicens. exurge tc. Et esto michi in deū protector: tc. Nunc ostendit se exauditor dicens. Inuocauit me tc. Mortandū autem quod quadragesima continet. xlj. dies corporalium dominicarum diebus: ex quibus dum vi. dies dominicales subtrahuntur remanent. xxxvi. dies in abstinentia qui sunt decima totius anni. Annus enim habet trecentos sexagintaquaque dies. quorum triginta sunt decima. Sed quatuor: dies precedentes adduntur: ut sacerdotalis numerus quadraginta diebus impletus: quod salvator: suo ieiunio consummavit. Quare autem in hoc numero quadragenario ieiuniū obseruamus triplex rō assignari potest. Prima est augustini. quoniam matheus. xl. generationes Christi posuit. Ad hocigit dominus suo quadragenario numero ad nos descendit ut nos ad eum nostro quadragenario ascendamus. Aliam assignat idem dicens: ad hoc ut habeamus quinquagenariū quadragenario addēdū est denarius: quod ad hoc ut veniam ad beatam requiem oportet nos toto presentis vite tempore laborare. Unde et dominus. xl. diebus cum discipulis mansit. et post decima die sp̄us sanctum paraclitū misit. Tertiā autem assignat magister p[ro]positus in summa de officio dicens. Midus in quatuor: pres. et annus in quatuor: tempore diuidit: et homo ex quatuor: elementis et quatuor: complexionibus constitutus: et nouam legem quā in quatuor: euāgeliis consistit: et veteres que in decem mādati transgressi sumus. Oportet igit ut denarius per quaternariū multiplicetur: ut sic quadragenariū faciamus: id est mādata veteris et novae legis toto tempore vite huīus impleamus. Cōsistit quidē corpus nostrū sicut diximus ex quatuor: elementis: quātā quasi quatuor: sedes in nobis habent. Nam ignis in oculis: aer in lingua et auribus: aqua in genitalibus: terra in manibus et alijs membris dominat. In oculis igit curiositas: in lingua et auribus scurrilitas: in genitalibus voluptas: in manibus et in alijs membris est crudelitas. Hec quatuor: confiteat publicanus. Quia enim a longe stat confiteat luxuriam que est fetida: quasi dicat. non audeo appropinquare domino: ne in naribus tuis feteam. quod non audet oculos ad celum leuare: confiteat curiositatem: quod manus peccatum p[re]cūs constitutus crudelitatem. quod dicit. p[re]pitius esto michi peccatori. confiteat scurrilitatem. Nam scire co[n]sueuerunt vocari peccatores vel potius leccatores. Hec p[ro]positus. **B**Gregorius quoque in omelie. tres ponit rationes dices. Cur in abstinentia quadragenariū numeros custodit: nisi quia virtus decalogi libros quatuor: sancti euāgeliū implet. In hoc eitam mortali

De Jejunio quatuor temporum

corporis ex quatuor elementis subsistim⁹. et per voluntates eiusdem corporis preceptis dominicis contrariamur. Quia ergo per carnis desideria decalogi mandata contempsumus. dignum est ut eandem carnem quater decies affligamus. A presenti quoque die usque ad pascha sex ebdomade. i.e. quadraginta duo dies veniunt: ex quibus dum sex dies dominici de abstinentia substrahuntur: trigesima sex in abstinentia remanent. Dum vero per tricentos sexaginta quinque dies ann⁹ ducit quasi anni nostri decimas deo damus. Hec gregorius. Quare autem obseruamus nostrum jejunium eodem tempore quo Christus ieiunavit. qui statim post baptismum istud inchoauit: sed cum pascha potius istud primum⁹: quadruplex ratio assignatur in summa de officio magistri Iohannis Belethi. Prima est ut si volumus cum Christo resurgere: quod pro nobis ipse est passus. et nos cum eo pati debemus. Secunda causa est ut filios Israel imitemur. qui primo tempore exierunt de Egypto. postea et tempore de babylonia: quod inde probatur: quoniam tam isti cum illi statim quando egressi sunt celebraverunt pascha. Sic et nos imitantes eos hoc tempore ieiunamus. ut de Egypto et babilonia id est hoc modo in terra eterne hereditatis ingredi mereamur. Tercia causa est quoniam ferimus libidinis in tempore veris magis sollet nos accedere: ut ergo refrenem⁹ corporis estum in hoc tempore maxime ieiunamus. Quarta est quod statim post ieiunium debemus corpus domini accipere. Sicut ergo filii Israel priusquam comedenter agnus affumebant se et comedebant agrestes lacrymas et amaras. ita et nos debemus per penitentiam prius affumiri: ut digni valeamus comedere agnum vite.

De jejunio quatuor temporum

xxxv.

Ieiunia quatuor: temporum a calixto papa instaurata sunt. sicut autem hec ieiunia quater in anno secundum quatuor: temporum: a ipsius anni. et huius est multiplex ratio. Prima est quoniam ver est calidum et humidum. estas calida et secca. autumus frigidus et siccus. bytemps frigida et humida. Jejunamus igitur in vere ut norum humorum. id est luxuriaz in nobis tempore⁹: in estate ut norum calor⁹: id est quaricias in nobis castigemus. in autuno ut castigemus ariditatem supbie. in hyeme ut castigemus frigus infidelitatis et malicie. Secunda ratio est quare seorsim quater in anno ieiunium⁹ quoniam prima butus modi ieiunia sunt in marcio: seorsim prima septimana quadragesima ut in nobis marcescat vicia. non enim omnia possunt extingui. Uel potius ut in nobis vir-

tutum germina oriantur. In estate fiunt secunda: ut in septimana pentecostes: quia tunc venit spissatus etus: et nos de bene esse seruantes in spiritu sancto. In septembri: si fiunt ante festum sancti michaelis tercia ieiunia: quoniam fructus tunc colliguntur. et nos debemus deo reddere fructus bonorum operum. In decembri: fiunt quarta. quoniam tunc moriuntur herbe. et nos debemus mortificari modo. Tertia ratio est ut iudeos imitemur. Iudei quidem quater in anno ieiunabat: scilicet ante pascha: ante pentecostes: ante scenopoeiatiam. id est ante infixionem tabernaculi in septembri: et ante encensionem. id est ante dedicationem in decembri. Quarta ratio est quoniam homo constat ex quatuor elementis: quantum ad corpus. et tribus potentibus: scilicet rationali. concupiscentiali. et irascibili quantum ad animam. Ut ergo hec moderentur in nobis: quater in anno per tres dies ieiunamus. ut quoniam ternarius referatur ad corpus. ternarius vero ad animam. Et hec rationes sunt magistri Iohannis Belethi. Quinta ratio est quoniam ut dicit Iohannes Damascenus⁹ in vere augmenta sanguis: in estate coera: in autumno melancolia: in hyeme flegma. Jejunamus igitur vere ut in nobis debilitate sanguis concupiscentie et inprese leticie. Sanguineus enim est libido nosus et letus. In estate ut debilitate colera iracundie et fallacie. Colericus enim est naturaliter iracundus et versutus. In autumno ut debilitate melancolia cupiditatis et tristitiae. Melancolicus enim est naturaliter cupidus et tristis. In hyeme ut debilitate flegma: et pigritie. Nam flegmaticus naturaliter est ebies et piger. Sexta ratio est: quoniam ver comparatur aeri. estas igni. autumnus terre. bytemps aque. Jejunamus igitur in vere ut in nobis edometrum et elatioris et supbie. In estate ut in nobis edometrum ignis cupiditatis et avaricie. In autumno ut edometrum terra frigiditatis spualis et tenebrosae ignorantie. In hyeme ut edometrum in nobis aqua levitatis et incostitutie. Septima ratio est quoniam ver referatur ad puericiam. estas ad adolescentiam autumnus ad maturitatem sive virilem etatem. bytemps ad senectutem. Jejunamus igitur in vere ut simus pueri per innocentiam. in estate ut efficiamur iuvenes per constantiam et fortitudinem vitando incontinentiam. in autuno ut efficiamur maturi permodestiam. in hyeme ut efficiamur senes per prudenter et honestam vitam. vel potius in hyeme ut satissimam quicquid per illas quatuor: etates offendimus. Octava ratio est magistri Guilhermi Alsfeldensis. Ideo enim in quatuor annis temporibus ieiunamus. ut emendemus que in illis quatuor: